



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht den Schlächtern zu Perleberg rücksichtlich der Juden das Recht der Stendalschen Schlächter, im J. 1345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

hufener, hele, swyker, satzenhofer, magister coquine cum ceteris. Datum vt supra. Nach demselben Copialbuche Bl. 29 a. Nr. LXXXVI.

XLIV. Markgraf Ludwig verleiht den Schlächtern zu Perleberg rücksichtlich der Juden das Recht der Stendalschen Schlächter, im J. 1345.

Nouerint etc. quod nos etc. discretis viris carnificibus in perleberg fidelibus nostris dilectis presentibus et futuris ad releuandas seu remouendas rixarum et disensionum materias, que in posterum successibus inter ipsos carnifices et iudeos nobis dilectos camere nostre seruos ciuitati predictae immorantes suboriri possent hanc gratiam fecimus et presentibus facere decreuimus specialem videlicet quod prenotati carnifices eo iure, gracia siue libertate in carniū quarumcunque mactacionibus, empcionibus et venditionibus sine ipsorum iudeorum contradictione vt, frui, gaudere poterint, quibus carnifices ciuitatis nostre steindal hactenus vsi sine gaudi sunt erga iudeos ipsis commorantes, prout iidem legitime docere poterunt perpetuis temporibus duraturum. Datum anno XLV^o. Nach demselben Copialbuche Bl. 29 b. Nr. LXXXVII.

XLV. Markgraf Ludwig vereignet dem Altare des Leibes und Blutes Christi in der Jacobikirche Hebungen in mehreren bei Perleberg belegenen Dörfern im J. 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose virginis marie et omnium sanctorum ac ob iugem et perhennem animarum illustrium principum marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum et successorum memoriam appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes VIII frusta reddituum annuorum, quorum quatuor sunt sita in villa dicta groten lynde super IIII mansis, de quibus vnus mansus adiacet curie curie sculteti et duo mansi adiacent curie in qua moratur porat, quartus vero adiacet curie dicti seroder: duo quoque frusta in villa quitzowe super duobus mansis curie, quam ghurefche inhabitat, adiacentibus, nec non in villa lubzowe residua duo frusta premissorum octo, sita super IIII mansis adiacentibus curiis, in quibus resident wesseke & heinricus stof, ad altare corporis & sanguinis domini nostri ihesu cristi ac sancti nycolai confessoris fundatum locatum et dedicatum in ecclesia beati Jacobi apostoli ciuitatis nostre perlebergensis perpetuis temporibus pacifice & quiete sine impedimento quolibet pertinenda, renunciantes renunciatione solempni omni iuri, actioni et impetitioni qualitercunque nominatis, que nobis heredibus et successoribus nostris competunt in dictis VIII frustis seu aliquo competere poterunt in futurum, quos siquidem redditus discretus vir Johannes bubro predictae ciuitatis nostre perlebergensis cuius cum uxore sua a strenuis viris nycolao & th. de quitzowe fidelibus nostris, qui dictis bonis omnimode coram nobis renunciauerunt beniuole, sua prompta pecunia compararunt in animarum suarum salubre remedium ad idem altare ut premititur sepe tactos redditus reponentes. In cuius testes Buoch, swyker, helbe, gerardus Wolf & Loterpek. Datum spandowe anno XLV^o in crastino viti. Nach demselben Copialbuche Bl. 30 a. Nr. LXXXIX.

Ann. Aus der vorstehenden Urkunde lernen wir außer den S. 102. angeführten 3 Altären noch einen vierten Nebenaltar der Jacobikirche kennen.